

# JOANNIS SCOTI

## LIBER

### DE EGRESSU ET REGRESSU ANIMAE AD DEUM.

#### FRAGMENTUM.

Cod. collect. membran. n° 596, 4<sup>o</sup> bibliothecae Christinae Romae fol. 9. — Cf. Carl. Greith Spicilegium Vaticanum Frauenfeld 1838, p. 80 s.<sup>j</sup>.

Possident fluere et non stare. Ludus merito dictum est Dei a magistro, veluti per haec transducentis nos in ca, quae vere sunt, et nullo modo moventur.

*Alia in idipsum theoria.*

Si vere et nos ipsi secundum dominantem in praesenti nostre naturae consequentiam tum quidem juxta similitudinem ceterorum in terra animalium nati, deinde pueri facti, deinde floris oximori<sup>1</sup> instar juventute in horrorem vetustatis advenientis mortui, et ad aliam vitam translati, ludus dicti sumus Dei ab isto deifero magistro. Neque extra consequentiam. Ad futuram siquidem divinae veraque vitae principalem formam praesens vita comparata ludus est, et omne, si quid aliud de hoc efficacius constitutum est. Ipse siquidem in epitaphio<sup>2</sup> in Caesarium sui<sup>3</sup> fratrem apertius ostendit, sic dicens : *Talis vita nostra, fratres, videntium ad tempus, qualis in terra ludus. Non existentes efficimur, et facti resolvimur, somnum sumus instabile, volatus*

*A avis transeuntis adhuc eo longius* Ad ipsam siquidem proprie divinarum rerum πρωτόπτων, id est, principialium exemplorum veritatem praesentium visibiliumque rerum comparata dispositio, neque omnino esse aestimabitur his, qui viam corpore, quantum possibile est, ad divinae speciositatis formam digni facti sunt, sicut neque ludibrium verae cuiquam et existenti rei comparatuni esse universaliter judicatur.

*Alia in idipsum theoria.*

Fortassis autem et transmutabile materialium rerum, quas commendamus, in aliam aliter transferentium et translatarum privationem, ac nullum habentium fundamentum praeter primam rationem, per quam feruntur, sapienter provideque et seruvi, et dum aestimantur a nobis teneri, persuadunt magis, quam tenentur, et desiderium nostrum in se patiuntur teneri; magis vero nos ipsos utpote repulso et tenere et teneri non valentium. Ponderatam quippe sue naturae definitionem<sup>4</sup>.....

#### VARIAE LECTIONES.

<sup>1</sup> Corr., cod. ocimori c. glossa i. amigdali. *Amigdalarum* vero in vocabulario vetero theotisco interpretatio est mandalnuz. Cf. Graff Diut. II p. 43. <sup>2</sup> Cod. epithaphio. <sup>3</sup> Sic. cod.; f. suum? <sup>4</sup> Cod. definitionem.

# JOANNIS SCOTI

## VERSIO

### OPERUM S. DIONYSII AREOPAGITAE.

Edition Coloniensis a 1536.	A
Editionis ejusdem variae lectiones.	A
Cod. ms. Italiab. S. Emmeram. 157 bibl. reg. Monacensis, membran., sec. XI.	B
Cod. ms. 971 bibl. Caesareae Vindobon., membran., sec. XI.	C
Cod. ms. 754 bibl. Caesareae Vindobon., membran., sec. XII.	D
Cod. ms. bibl. Darmstad., olim Colou. 50, membran., sec. XII.	E
Cod. ms. Valic. 177, membran., sec. XIV.	F
Cod. ms. Valic. 170, membran., sec. XIV.	G
Cod. ms. lat. Fürstenfeldb. 9 bibl. Reg. Monacensis, sec. XV.	H